UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De p[rae]figurat[i]o[n]e marie

urn:nbn:de:hbz:466:1-69610

Visual Library

¶Sequitur alios paſtores. qualiter hoc donum habuit beatiſſi
ma virgo quere in queſtione de ſacramēto ordinis. ⁊ qualiter nos pa
rauit in queſtiōe de beatitudinibꝫ in gradibꝫ pauptatis. Sic igitur
habuit etiā beatiſſima virgo hūc quaternariū gratiarū. Ex his ma/
nifeſtū eſt ꝙ beatiſſima dn̄a habuerit vniuerſitatē gratiarū gratuita
rū ⁊ gratis datarū. qđ omīpharie credimus eſſe verum.

¶Ad ſolutōnem obiectorū in contrariuꝫ dicimus taliter diſtin/ Ad obiecta
guendo ꝙ donorū gratis datorū ⁊ nō gratū facientiuꝫ. Quedā in
miniſteriū dantur ⁊ nō in propriū pfectū. vt pphetia Balaam ⁊
Cayphe. Quedā in pprium pfectū ſui ⁊ nō aliorū. vt dona inſtru Dona dātur
ctionis beatiſſime domine. Et taliū quedā dantur ad pficiendā in
digentiā. quedā ad decorandā potentiā. et quedā ad nobilitanduꝫ
naturā ⁊ honorandā perſonaꝫ. Et ſic habuit beatiſſima virgo hmōi Maria habu
dona nō ad miniſteriū. ſed ad decorationis cumulū. ad pfectionis it dona
et delectationis augmentū. in materiā laudis ⁊ honoris incremētū
et omniū bonoꝝ ſpūalium complementum

Queſtio. xxiiij. ē de gratijs

ſpēalibꝫ marie. ¶Dicto qualiter beatiſſima virgo habu
it omēs grās cōmunes. ſeqꝰ qualiter habuerit ſpēales
quas et in alijs ſcientijs eſt reperire. Talium autē quedam ſunt que
pertinent ad generationem ſiue vite ingreſſum. quedam ad conuer
ſationem. quedam autem ad mortem. Circa generationem inueniū
tur quinqꝫ. que ſꝫ. prefiguratio. prophetiſatio. annūciatio. miracu/
loſa conceptio. in vtero ſanctificatio.

¶Primo ergo ꝙ beatiſſima virgo multipharie pfigurata erat. ſic Prefiguratio
erit manifeſtum Numeri. vij. inuenit igitur moyſes virgam Aaron Marie pbat
Glo. Mariā que ſine virili ſemine genuit verbum. Ecce qualiter in
textu cum gloſa ſua ſeqtur. ꝙ illa virga fuerit figura virginis glori
oſe. ¶Item Exo. iij. Rubus ardebat ⁊ nō ꝯburebat. ꝙ hoc fuerit fi
gura beatiſſime virginis probat eccleſia nō diſputando ſed cantan/
do ⁊ determinādo. Rubū queꝫ viderat moyſes incombuſtum ⁊c.
¶Itē Lu. Et nomē eius Elyſabeth. Glo. Elyſabet dei mei ſaturitas
et mariā pcat q̄ deo plena fuit. ¶Itē ſi annūciatio ⁊ ꝯceptio yſaac ſi
gnat ꝯceptionem chriſti. ergo ⁊ ſara ſignat mariā. Ex his patꝫ ꝙ be
atiſſima virgo fuit prefigurata ¶Qualiter aūt et quibꝫ figuris mul Modꝰ pfigu
tiphariam multiſqꝫ modis patet. videlicꝫ in creatis. in factis. in vi/ ratōis q̄drupx
ſis et coniugatis. ¶In creatis. in principio creauit deus celum ⁊ ter
ram. id eſt beatam virginem. que celū ⁊ terra fuit. i. celeſtē ⁊ terreſtrē
ſimul duxit vitam. id eſt angelicā ⁊ humanā habuit ꝯuerſationem.

De pꝛefiguratione Marie

Item celũ et terra fuit. qꝛ ſimul ꝛ altiſſima dignitate ꝛ infima humi
litate. Item celũ ꝛ terra fuit. qꝛ puriſſima virginitate ꝛ fecũdiſſima
Opꝰ pme diei maternitate virgo et mater ſimul fuit. ergo ꝛc. ¶ Itẽ hac pma die fa
cta ẽ nubecula. de qua poſtea factus eſt ſol. Quid aũt ẽ nubecula niſi
Opꝰ ſcde diei mater ꝛ materia corpis ſaluatoris. ¶ In ſcdo die poſitum eſt firma
mentũ in medio aquaꝝ. qd hꝫ fixas ſtellas in ſui ornamentũ. et di-
uidit aquas ab aqs. qd ẽ niſi beatiſſima virgo q hꝫ ſtellas. xij. i. coro
nã. xij. ſtellaꝝ. i. omniũ ſanctoꝝ in capite ſuo poſitã in medio aqua-
rũ. i. ſanctoꝝ vie ꝛ ſctoꝝ patrie. diuiſa pus ab vtriſqꝫ exiſtens ſupra
cõem ſtatũ vie ꝛ infra ſtatũ patrie cõicans cũ vtriſqꝫ. habẽs cũ ſup-
oribꝰ virtutũ pfectõem. cũ inferioribꝰ merendi ꝯditõem. Itẽ cũ ſu-
perioribꝰ ſecuritatẽ ꝯtra caſum. cũ inferioribꝰ poſſibilitatẽ ad meri-
tum. Itẽ cũ ſupioribꝰ exultatõem. cũ inferioribꝰ cordis ꝯpaſſionẽ
Opꝰ tercie di. ¶ Tercie diei opus eſt ꝯgregatio aquaꝝ in vnũ locũ. i. in virginalẽ
vterũ ꝯgregatiuũ omniũ graꝝ. Sed in hoc eſt drĩa qꝛ ꝯgrega-
tio graꝝ vocat maria media pducta. ꝯgregatio vero aquaꝝ vocat
maria media correpta et hoc eſt qꝛ trãſitoria eſt. iuxta illd Ecci. xxi.
Et mare iam nõ eſt. hec aũt media producta. qꝛ ppetua. iuxta illud
Lu. x. Maria optimã partẽ elegit q nõ auferet ab ea ¶ Quarta die
Opꝰ qrte diei fecit deꝰ duo luminaria magna. maius vt peſſet diei. minꝰ vt peſſet
nocti ſolẽ. ſ. ꝛ lunã. Quid aũt p lunã niſi virgo beatiſſima luci ꝯfor
miſſima ꝛ diuina claritate figurat. plena luna vt legit in ſententijs
facta eſt ppter diei ꝛ noctis viciſſitudinẽ. ppter noctis declaratiõez
ppter operãtiũ in nocte ꝯſolatõem. ꝛ qꝛ quedã aĩalia ſunt q lucem
diei ſufferre nõ pñt. hec aũt oĩa opatur virgo luciſſima. Eſt enĩ q-
es laborantiũ. quies ꝛ decus mortaliũ. ſolatium operantiũ. vmbra
culum infirmorũ. refrigerans vmbra miſericordie quos reuerberat
ſol radijs iuſticie. ¶ Quinte diei opus eſt formatio auiũ ꝛ piſcium
Opꝰ qnte diei Et qd ſint aues ꝛ piſces niſi beata virgo. q vt piſcis natabat in me-
dio aquaꝝ maris tribulatõis. ꝛ vt auis volauit ſup pennas vento-
rũ in celo ꝯtemplatõis. ¶ Sexte diei opus eſt formatio hois ꝛ po
Opꝰ ſexte diei ſitio in paradyſo voluptatis. Quid autẽ eſt paradyſus voluptatis
niſi btĩſſima vgo in q deus pr̃ poſuit hoiem. i. xpm in die ꝯceptiõis
Sic ḡ beatiſſima virgo in oĩbꝰ opibꝰ ſex dieꝝ eſt expreſſiſſime figu-
rata. Nõ tm̃ in creatis ſed etiam in factis eſt prefigurata. vt patet in
archa noe in yride. in tabernaculo moyſi. in archa teſtamenti. in can-
delabro in propiciatorio. in templo. in throno Salomonis. i oſtio
in domo Salomonis. ꝛ in multꝭ alijs. Silr in viſis et imaginatꝭ
inuenit figurata vt ẽ rubꝰ moyſi Exo. iij. ſedes ſaphirina ſup firma
mẽtũ Ozee. iij. mõs de q pcioſus lapis ẽ abciſus ſine manibꝰ Dañ. ij
in arbore tãgẽte celũ Dañ. iiij. i porta clauſa Eze. xliiij. i vellere gede.

Judicū vi. in fonte paruo q̄ creuit in fluuiū maximū Hester. ij. in
porta tēpli ſpecioſa Act. x. in muliere amicta ſole apocal. xij. Silr ⁊ in ꝯiugatis
in ꝯiugatis rebecca rachele in iudith vidua ⁊ in heſter ꝯiugata. in ſa
ra ſterili ⁊ in elyſabet matre Joānis baptiſte. Ex his oībꝫ ſufficiēter
manifeſtū ē, ꝙ beatiſſima virgo in creatis factis viſis ⁊ ꝯiugatis eſt
multiplr figurata ¶ De ꝓphetizatōne

¶ Poſt hoc videt ꝙ hec fuerit ꝓphetizata yſa. ij. Egredie v̄ga
de radice yeſſe. Glo. v̄go maria. vel alia glo. virgā ⁊ florē iudei xpm
ſuū interptant. qꝛ in virga regnātis potētia. in flore pulcritudo. nos
vero ꝑ virgā mariam intelligimus cui nullus frutex peccati adhe-
ſit. Vel alia glo. Egredie virga. ⁊ ꝓphetiſat de natiuitate vt tota ec
cleſia cantat, virgo dei genitrix virga eſt. flos filius eius. Itē Nume
ri. xxiiij. Orietur ſtella ex iacob. Item yſa. iiij. fructus terre ſublimis
Glo. virginis marie. Itē yſa. vij. acceſſi ad ꝓphetiſſam. Glo. v̄ginē
mariam. Ex his patꝫ ꝙ natiuitas beate virginis eſt multipliciter ꝓ-
phetizata. ¶ De annūciatōne

¶ Poſt hec ꝓbat ꝙ fuerit annuciata hoc mō. Johes fuit annun- Rō pͣ.
ciatꝰ ⁊ alij ſci minores vt yſaac ⁊ Sampſon. igit ⁊ btiſſima v̄go de-
buit annūciari. ¶ Itē appropinquāte lucifero annūciat aurora. ſed 2
iohes fuit lucifer ⁊ fuit annūciatus. btiſſima aūt v̄go aurora. igitur
potius debuit annūciari. ¶ Itē laborantibꝫ maxime debuit annūcia 3
ri ortꝰ aurore. iuxta illud Gen̄. dimitte me iā eī aſcēdit aurora. igit
nobis debuit maxime annūciari ortus ꝯſurgētis aurore q̄ qn̄ ſurre-
xit nos ſecū ſurgere fecit ⁊ ad ſurgendū excitauit. ¶ Itē Dam̄. Joa- 4
chimqꝫ honeſtā ⁊ laude dignā Annam in matrimoniū duxit. Sed
quēadmodū venter anne ſterilis exiſtens ꝑ votū ⁊ repromiſſionem
peperit Samuelē. ita ⁊ hec ꝑ p̄ces ⁊ repromiſſiones a deo affert geni
tricem vt in hoc a nullo illuſtriū vincat. Ecce expreſſe patꝫ ꝙ beata
virgo fuit annunciata ¶ De ꝯceptōe marie

¶ Poſt hec ꝓbat ꝙ erat miracule ꝯcepta. qꝛ ſi a nullo illuſtrium Rō pͣ
vincit ⁊ minus illuſtres ſunt miraculoſe ꝯcepti. igit ⁊ ipa. ¶ Itē dt 2
Damaſce. ꝙ ꝑ p̄ces ⁊ repromiſſiones fuit nata. igitur ſupernaturalr.
¶ Itē ſignatū ꝑfectius eſt ſigno ſꝫ figure beatiſſime virginis fiebāt 3.
diuina volūtate ꝑ ſe operante ⁊ non humana. igit beata virgo exijt
in eſſe nature ſupiori agente ꝯtra inferiorē. Igit ſupnaturalis fuit
eius ꝯceptio. ¶ De ſanctificatōne

D

¶ Poſt h̄ ꝓbat ꝙ fuerit in vtero ſanctificata hoc mō ¶ Eccleſia ce Rō pͣ
lebrando feſtiuat eius natiuitatē. ḡ fuit ſancta qn̄ fuit nata. igit fuit
ſanctificata in vtero. ¶ Itē iohes fuit ſanctificatꝰ in vtero. igit ⁊ bea- 2.
ta v̄go. p̄ma patꝫ Luce. p. Et ſpūſcō replebit adhuc in vtero mr̄is
ſue. ¶ Itē Hieremias fuit ſanctificatꝰ in vtero. igit ⁊ btiſſima v̄go. 3